

Bernh. in Serm. Vnde hoc nobis piissime Domine, ut nos vermiculi, reptantes super faciem terra, nos inquam qui pulvis & cinis sumus, te presentem habere mereamur pra manibus pra oculis, qui totus & integer sedes ad dextram patris?

In sequentia Paschatos. Mors & vita duello, conflixere mirando: Dux vita mortuus, regnat vivus. Dic nobis Maria quid vidisti in via? Sepulchrum Christi viventis & gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes, sudarium & vestes: Surrexerit Christus spes mea: praecedet suos in Galilaam. Vbi etiam prosopoeia imperfecta.

Cic. pro Mur. Negat fuisse rectum, Cato, me consulem & legis ambitus latorem & tam severe gesto consulatu causam L. Murena attingere: cuius reprehensio me vehementer movet, non solum ut vobis, iudices, quibus maxime debeo, verum etiam ut ipsi Catoni, gravissimo atque integerrimo viro, rationem mei facti probem. Hic duplex est Apostrophe i. ad Catonem. 2. ad Iudices.

In Catilin. Hisce omnibus Catilina cum summa Reipub. salute, & cum tua peste ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidiorum iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium, Tum tu Iupiter, qui iisdem quibus hac urbs auspiciis à Romulo constitutus es, quem statorem huius urbis atque imperii verè nominamus, hunc & huius socios à tuis aris caterisque templis, à tectis urbis ac mœnibus, à vitâ fortunisque civium omnium arcebis. Hic Apostrophe fit à Catilina ad Iovem (Deum gentilitium.)

Pro dom. Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus optimum: propter vim maximum nominavit.

1. Tuscul. Sic ad Philosophiam sermonem convertit: Ad te confugimus, à te opem petimus, &c.

Pro Amer. Te quoque M. Fauni quaeso.

Pro Quint. Te C. Aquili, vosque qui adestis in iudicio, orat atque obsecrat.

Georg. 3. Te quoque magna Pales, & te memorande cœnemiis.

H

Pastor